

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Nivernensi Et Avrelianensi Episcopis, & Abbatи de Curia Dei Cisterciensis
ordinis Aurelianensis diocesis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

100 Epistolarum Innocentij III.

vitiis expientur. Istæ verò sex hydriæ usque ad summum implentur quando illa sex opera misericordiæ ad perfectum ulque geruntur; & ex aqua fit vinum, cùm ex merito eleemosynæ vis accenditur caritatis. Quia verò Iesu cum discipulis suis ad has nuptias in Cana Galileæ, ubi mater ejus erat, legitur invitatus, idcirco rationabiliter instituimus ut effigies Iesu Christi à beati Petri basilica per ejusdem Canonicos ad dictum hospitale, ubi memoria gloriissima matris ejus recolitur, infra capsum ex auro & argento & lapidibus pretiosis ad hoc specialiter fabrefactam venerabiliter deportetur, fidelibus populis qui ad has nuptias celebrandas devotè convenerint desiderabiliter ostendenda. Ut autem nos, qui Domino revelante venerandum aliis aperiuimus sacramentum, eo etiam inspirante imitandum aliis præbeamus exemplum, concedimus, statuimus, & jubeamus ut pro mille pauperibus extrinsecus adventantibus & trecentis personis intus degentibus decem & septem librae usualis moneta, ut singuli accipiant tres denarios, unum pro pane, alterum pro vino, aliumque pro carne, ab Eleemosynario summi Pontificis annuatim vobis in perpetuum tribuantur, & Canonici supradicti, qui præscriptam effigiem salvatoris processionaliter deportabunt, singulis duodecim nummi & cereus unius libra qui deferatur accensus, de oblationibus confessionis beati Petri præstentur. Quia verò non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit ex ore Dei, debet huic stationi Romanus Pontifex cum suis Cardinalibus interesse, ut & Missarum solemnia ibi celebret, & exhortatorium faciat de hac celebritate sermonem, neve fidelis populus famelicus ab his nuptiis revertatur, præter materialem & doctrinalem, spiritualem quoque sibi cibum impendat, remissionem unius anni de injunctis sibi penitentis indulgendo. Monemus igitur & obsecramus successores nostros per Iesum Christum, qui venturus est judicare vivos & mortuos, ut hanc institutionem, quæ, ipso teste, de pietatis fonte processit, faciant inviolabilitatem observari, sub attestatione divini judicij prohibentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, constitutionis, & iusfionis infringere &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum III. Non. Ianuarij, anno decimo.

Ista totidem
verbis confi-
mavit Hono-
rius III. apud
Raynald. ad
an. 1223.
§. 21.

Vide gesta
Innoc. III.
cap. 144.

N I V E R N E S I E T A V R E L I A-
nenſi Episcopis, & Abbatii de Curia Dei
Cifercentis ordinis Aurelianensis dioceſis.

Si consuta temeritas, quæ magis di- Epif. 180.
Pena accusa-
cenda est corruptela, relinqueretur toris, si in po-
penitus impunita, tergiversari volentibus
libera præberetur audacia malignandi. Ut
ergo justus laver manus suas in sanguine
peccatoris, discretioni vestra per aposto-
lica ſcripta mandamus quatenus niſi Petrus
de Stamps Remensis Canonicus in tra duos
mensis post denuntiationem ſibi à vobis fa-
ctam irregularitatem illam probaverit quæ
contra ſuum objecit antiſitem, vos cum
pro tanta præumptionis excessu, quem
malicie commisisti, præbenda Remensis
Eccleſie ſpolieris, & faciat eam idoneam
conferri perfonam. Theobaldum verò de
Pertico Remensem Archidiaconum, qui
per eundem Perrum de arcu ſuo sagittam
emisit, niſi percutiſum dejecerit, ab eli-
gendi potestate quam habet, non ſolū in
Remensi Eccleſia, verū etiam ubili-
bet in Remensi provincia, ſuspendatis, ut
cognoscant in pena quantum excederunt
in culpa. Datum Viterbij 11. Non. Octob.
anno decimo.

S. DECANO, ET CAPITVLO
Senonensi.

SOlet annuere &c. usque affensu. An- Epif. 181.
De confirmatio-
nibus & rationabiles confuetudines, immunitates & libertates vestras, ſeu etiam
concessiones, præſertim à bonæ memoria
Guidone Senonensi Archiepifcopo provi-
de vobis factas, ſicut in iphiſ ſcripto au-
thentico continetur, quod de verbo ad
verbū inferius iuſſimus annotari, & vos
ea juſte ac pacifice possidetis, auctoritate
vobis apostolica confirmamus & præfentis
scripti patrocinio communimus. Illo quip-
pe capitulo, videlicet, ſi aliquid in ordi-
nem ſuum egerint, à nobis de penitentia tan-
tummodo corriganter, de communī affensu
tam venerabilis fratris nostri Petri Archiepifcopi
vestri quam tuo, fili Decane, Prae-
centoris & Cellararij & aliorum quo-
rundam ex Canoniciſ vestris vobis cum par-
riter in noſtra præfentia exiftentium ſic ex-
poſito ut Archiepifcopus in ſpiritualibus,
vos autem in temporalibus jurisdictionem
ſuper eosdem Presbyteros habeatis. Eſt au-
tem tenor ejusdem authentici ſcripti talis.
G V I D O Dei gratia Senonensis Archiepifcopus omnibus ad quos litteræ præſen-
tes pervenerint in Domino ſalutem. Quo-
niam quæ in tempore fiunt necesse eſt.

